

Bellarmin. attendisset, non taxasset eos, qui *Christum statuunt αὐτόθεον*. Rectè enim sic appellari potest Filius, 1. si opponatur productioni temporali. 2. intelligatur Essentia quoad suum esse, non v. i. respectu productionis personalis, nec 2. cōmunicatio- nis & modi habendi. *vide D.D. Præsid. T. 1. L. C. p. 557.*

14. Sequitur nunc disputationis pars *C. 20. 21.* ultima *De processione Sp. S. non à Patre duntaxat, sed filio etiam coeterno*. In quo controversiæ statu iterum à Bell. nihil dissentimus. Probamus quæ 1. rectè è scriptura. *C. 22.* 2 è Testimoniis Conciliorum, 3. Ex Patri- *C. 23.* bus Latinis 4. Græcis pro Sp. S. processio- *C. 24. 25.* ne disputat. Quod verò Thomam secutus *C. 26.* mysterium hoc ex ratione superciliosè pro- bare conatur: id verò nobis ut superbum, *τοῦ ἕπερ Θεοῦ ἐστίν*, meritò improbatur. Ex quo atrox illud effatum pficiscitur § 15. *non re-* *C. 27.* *pugnare illi personæ, ut sit verbum & amor,* *C. 28.* *Filius & Sp. S. Tria* seqq. capp. præteri- mus: Vanissimum enim est, quòd § 5. *Pa-* *pam pastorem & Doctorem totius Ecclesiæ* *vocitet*, nisi malignantium intelligas. *Cap 29.* Quod verò *tantopere miseriæ ac servituti* *C. 30.* *Græcorum insultat*, quid nisi animi sui Es- viticam crudelitatem prodit Bell. ? *Capta*